

Liber Secundus

est bona consuetudo. Est et alia consuetudo. Que de cunctis rebus suis potest disponere: puta vult vni plus alteri minus. vni hoc. alteri illud licet tamen quod legitimos liberos non debet sine causa exheredare. id est hereditate priuare. vel preterire. Si autem habet puberes filios illorum consensu debet de honestate adesse. Alia item est consuetudo. quod quis de rebus que pueniunt ab auo. vel a patre vel a matre liberis inuitis nihil testamentarij disponere potest. De rebus vero puecritijs vel adueticijs puta vult disponit. Est et alia mala consuetudo. quod testator languens corpe licet sit sanus mente boneratois et mature deliberatois testamentum facere non possit. Quod est contra omnem iusticiam: quia in testamentis faciendis non requiritur valitudo corporis: sed mentis sanitas et valitudo rationis.

De solenni testamento. Capitulum. LI.

In solenni testamento debent esse secundum leges septem testes viri honesti qui manibus suis se subscribant. vel sigilla sua appendant. Sed in priuato et in simplici testamento requiruntur tres testes. secundum vero canones duo vel tres: et in hac parte legibus derogatur quod duo vel tres testes in omni testamento sufficiunt. Si autem sunt plures tanto melius honestius et manifestius. Sufficit tamen aliquando in testamento vnum sigillum principis vel ciuitatis per corroboracionem testamenti. Et si sigillum propinquorum possit in testamento haberi et utile et honestum si vero non tunc extraneorum sigilla sufficiunt ad eius firmitatem.

De testibus testamentorum Capitulum. LII.

Quilibet potest esse testis in testamento exceptis illis qui testamentum facere non possunt: ut supra versus Testari nequeunt et etiam exceptis mulieribus: que propter fragilitatem sexus facilius corumpuntur. et exceptis heredibus quos factum tangit. et qui partes habent in legatis. legatarij vero et fidei commissarij. id est executores testes esse non possunt. quia iure dicuntur esse successores.

Quare fiunt testamenta. Capitulum. LIII.

Testamenta fiunt. ne lites et controuersie de hereditatibus a defuncto relictis post mortem testatoris oriantur: que tamen ut frequenter fiunt: immo quandoque magne inimicie et homicidia ex illis sequuntur. Fiunt etiam testamenta pijs locis propter animarum salutem. Fiunt et uxoribus: propter conjugalem amorem. Fiunt filiis propter naturalem obligationem. Fiunt et propinquis propter sanguinis vnicionem. Fiunt pauperibus propter deum. Fiunt et famulis propter eorum obsequium et.